IOHANNES CHRYSOSTOMUS
Österreich, Ende 12. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26104
Copyright: Admont, Benediktinerstift



quosdam cedentes. quosdam uero lapidantes. insuper missum a patre filium.
& ipsum agnitum esse heredem patris. existimantes sibi hereditatem
patris familie cedere. adprehensum filium eius. iniuriis turpissimis
actum occiderunt. Qua re necesse habuit patrem familias malos ma
le perdere. & in locum eorum alios cultores substituere. qui pensio
nes debitas suis temporibus persoluant. Et ideo inquit ex syon exiet
lex. & uerbum domini ab iherusalem. & ipse conuertet populum multum.
Et concident gladios suos in aratra. & lanceas suas in falcibus.
ut omnis iam bellice uite usus necessarie conuerteretur. sed ut sine
dubio manifestaretur sacramenti mysterium quod dicit propheta. conci
dent gladios suos in aratris. cum gladius materiis ferri sit. et
aratrum lignum. Quomodo potest ferrum in ligno conuerti.
Quare non potius dixit. & concident gladios suos in uomeribus.
Sed quia per lignum nobis uita data est ideo iam cessantia pristina bel
la nobis ligni mentio fit per aratrum. per quos spine & tribuli a
uulsi de cordibus nostris. Terra ipse homo. semen idest sermonem dei per ci
cipiet. & quidam fructum tricesimum. alii sexagesimum. alii cente
simum. Nunc post hoc hunc equinoctium qui est autumni temporis
respiciet nos. Et mensis martius uerni temporis. in quo est &
lucidum equinoctium iocundum omnibus. qui pigris & somniculosis.
somnum oculis desistat. dicente scriptura. Quo usque piger dor
mis. quamdiu manibus pectus amplecteris. surge & attinges xm
dominum. in quo iam nautica uox secura fretat maria. pate
facto rubro mari. quod concluserat pharao cum magno mu
gitu doloris submersus cum suo exercitu. ex quo libera
tus moyses cum suis suauiter cesis celeubiebat. & pro uoto

referet.